

à Deo, omnia sub oculis exposita. Huius generis narrationes apud Virgilium spectantur, qui illustrissima Romanae historiae monumenta in descriptione clypei Aeneae sub uno veluti conspectu exhibet.

Sublimes aequè & delicatos conceptus si quis velit, illud animadvertat: *Domine probasti me, & cognovisti me; tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Porro sessionis nomine quies designatur; resurrectionis verò, actio, juxta illud: *Surge Domine in requiem tuam.* (Hebr. *post requiem*) id est, post requiem ad agendum surge. Deus igitur externos actus habet exploratos; neque eos tantum, sed *Intellexisti cogitationes meas de longe; semitam meam & funiculum meum investigasti.* Ad hæc: *Et omnes vias meas prævidisti, quia non est sermo in lingua mea (me etiam silente). Ecce Domine tu cognovisti omnia, novissima & antiqua,* (futura & præterita) & ex communibus ad singularia descendens: *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam,* ut me servares pariter, & deduceres: *Mirabilis facta est scientia tua ex me;* immensa est adeò ut cogitatione illam assequi non possim. Tum novo raptus cæstro repente exclamat: *Quid ibo à spiritu tuo, & quid à facie tua fugiam?* Omnesque latè Mundi dimensiones complexus: *Si ascendero in Cælum, tu illic es; si descendero in Infernum, ades.* Tum & figuratè etiam splendidiore usus: *Si sumptero pennas meas diluculo; & habitavero in extremis maris,* (in extremis Orbis qui pelago terminatur) sive juxta Hebræum, *Si sumptero pennas Aurora.*

Quid verò tunc, cum ad extrema Orbis Vates recessisset? Non hic tantum quemadmodum in superioribus, inventurum se Deum dicit; sed delicatè magis, & doctè phrasi mentem suam ita exprimit, quasi si à viro aliquo temeritatis & stultitiæ accusaretur, quippè qui latebras ab obtutu Dei quæreret; tantum enim abest, ut à Deo sese subduceret, quin potius *Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quantum enim cogitatione assequi possim, nunquam tamen eò pervernerim, ut absque Deo me aliquid præstiturum credam. Quando etiam alis instructus, uti jam innui, volarem, tu me deduceres, ac supposità dexterà sustineres. Nihil his addendum supererat; sed novam statim penitentiorem prodit ideam, latebris quærendis: *Et dixi: Forsitam tenebra conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis [nocte oblector, ut alii luce]. Sed stulta reputavi; Tenebra non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur; sicut tenebra ejus (noctis); ita & lumen ejus (diei).*

Exerant nunc censoriam virgam quicumque nostræ ætatis sibi de ingenio plaudunt, & bonos illos Palæstinæ agricolas ruditatis damnant; quin ex Authoribus prophæticis sublimius aliquid & magis limatum depromant; ne quid memorem abditas illas Theologiæ speculationes, & solidæ pietatis sentus, qui verbis illis infunduntur. Reliqua ejus Psalmi non vulga-

ria pandunt de foetu hominis in utero matris, & prædestinatione; exinde vates ad exhibendas obsequii sui in Justos, & contemptus in impios significationes excurrunt.

Figurarum varietas per omnes aequè Divinos hosce Psalmos, sed maximè in Canticis, ad instructionem & ad preces factis, plusquam in historiis regnat. In Ps. 90. *Qui habitat in adjutorio Altissimi,* nobis, si quis alius, familiarissimo; Vates primò argumentum suum pandit; Divinas nempe erga homines curas aggreditur exponendas, suamque illam ideam binis assumptis phrasibus, quarum sibi invicem verba justissimè respondent, exequitur. Namque duplici proximè succedente versiculo, hominem eo beneficio donatum loquentem inducit; & ita inducit, ut geminà usum figuram in secundo versiculo hominem exhibeat ad Deum verba facientem; in altero verò vates ipse, veluti tertius aliquis eà de re loquatur. In quinto Vates suis verbis hominem Dei protectione munitum affatur, novas semper promens metaphoras & similitudines, variaque decurrens opis præstitæ à Deo genera. Sed in nono versiculo vir Justus loquentem intercepti, veluti eorum quæ dicta sunt rationem assignaturus, exclamat: *Tu es Domine spes mea; statimque excipiens Poeta: Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum.* Pergensque per quatuor succedentes versiculos, majora semper de protectione Divinà apud virum Justum prædicat. Inter hæc, Dei ope protectum nec Angelorum auxilio destitui; nihil eum Dæmones, bestias illas venenatas ledere. Tandem tribus novissimis versiculis ipse Deus verbis suis illum confirmat, rata simul habens quæcumque toto eo Psalmo disputata sunt; alia simul de protectione suâ pandit, totamque demum orationem factà vitæ æternæ & visionis beatificæ promissione claudit. Qui de Poetis aliquid legerunt, norunt quid sit, cur ex altera ad alteram personam, ne dato quidem Lectori animadvertendi spatium, transitus fiat; nihil enim frequentius apud Horatium non in Odis tantum, sed in Epistolis & Satyris; ut proinde minimè necessarium sit eum Psalmum 90. inter Dramaticos censeri; plerique enim alioqui ejus generis haberentur.

Pauca ista sufficient, ut ad alia ejus generis cognoscenda deducamur; passim enim recurrunt non in Psalmis tantum, sed & in Job, cujus carminis genus vividius est magisque splendidum cæteris Lucubrationsibus Poeticis in Scriptura legendis. Confule, si placet, Canticum in calce Deuteronomii, & Canticum Barach & Deboræ.

Quamquam hæc ita se habent, non tota tamen Operum nobis spectata pulchritudo; ne quid memorem morum, & idearum ejusdem rei inter nos & Hebræos discrepantiam. Profectò consilium tantummodo, conceptus, & figuræ solæ nobis ex omnibus in Poesi illà panduntur; eloquutio viris tantum Hebræi peritis dijudicanda; reliqua, harmoniam nempe verbo-

borum, carminis, & musicæ numeros, ne uni quidem ex omnibus in toto Orbe cognita defendo. Quanti autem hæc omnia sint ad Poesim momenti, neminem ignorare arbitror.

Genuina Hebræica linguæ pronuntiatio, quemadmodum & Græcæ, Latina cæterarumque, quarum usus jam desit, prorsus ignoratur. Intercidisse verò jam inde à pluribus sæculis ex eo discimus, quòd Septuaginta, S. Hieronymus, aliique Veteres easdem voces variè Latinis Græcisque literis expresserint. Quod in Græcis Latinisque carminibus manet, versuum scilicet numerus & syllabarum mensura, in Hebræis desideratur. Nec pariter de musico eorundem carminum numero non apud Hebræos tantum, sed & Græcos Latinosque, quidquam exploratum; cum tamen alioqui ad musicam destinarentur, quemadmodum ex Historia & Psalmorum Inscriptionibus discimus.

Plato enim, quod sanctum erat bonæ illius Antiquitatis dogma, constituit, nunquam committendum, ut carmen à musica sejungeretur; neque carmina ad alios, quàm ad cantandum, usus scribere, sive musicam sine carminibus solis instrumentis canere, citrà piaculum licere arbitrabatur. Sed quis musicus eorum carminum numerus? elegans oppidò, ut ex hisce potissimum argumentis deducitur. 1. Elegantia verborum & Carminum artificum paria sibi cætera fuisse significant. 2. Instrumentorum varietas variis in S. Scriptura occurrentibus nominibus proditur. 3. Chori Musicorum referentissimi, qui à parentibus suis, uti credimus, instructi facultatem illam maximum professionis suæ momentum habebant, multum ad eam rem contulisse credendi sunt; cum de tam multis saltem aliquos peritissimos evasisse vix dubitemus.

Porro si de re obscura judicium ferre permittitur, Musicam illam simplicem maximè suspicor, ut harmoniam omnem non musicus aliquis numerus, sed apta exprimens animi sensibus, emovendis cordibus, insinuandisque Poetæ conceptibus verba conficerent. Deerat proinde illa, ex variis musicæ partibus consonantia leposque, qualis in musica nostræ ætatis sentitur; divins tamen hæc dissero, non explorati quidquam affirmo.

De verborum elegantia unde judicium feramus nihil est; cum, uti supra insinuavimus, simplicissima nimisque literæ servientes suppetant Translationes. Porro si quis vernaculà linguà Odas Horatii ad literam reddiderit, lepos aberit omnis. *L'argent n'a point de couleur, Crispe Saluste, ennemi de la lame cachée dans les terres avares, s'il n'est éclairci par un usage modéré (a).* Stropham hanc quòd fortuito occurrerit, in medium adduxi; sed omnium primam inter ejus Opera afferamus: *Mécenas descendu d'ayeuls Rois, & mon appui, & mon doux ornement. Il y en a qui se plaisent d'avoir amassé en courant la poussière Olympique, & que la borne irrégulière par le roue, & la palme illustre élève*

Differt. Calmet. Tom. I.

aux Dieux maîtres des terres (c). Cum hæc duo fortuito elegerim, in cæteris idem facile observari potuisse autumo. Cæterum Latinam verborum collocationem, quam Gallica lingua vix patitur, perverti; nonnulla etiam magis ad literam reddere potuissem, uti illud: *Il n'y a nulle couleur à l'argent (d); verti L'argent n'a point de couleur; & illud Ma garnison (e), reddidi: Mon appui.* Debit profectò plus aliquid convenisse inter Gallicum & Latinum, quorum ille ab altero derivatus est, quàm inter Græcum sive Latinum & Hebræicum, qui nullo affinitatis, quantum scimus, vinculo conjunguntur. Nostra pariter translatio ex Latino in Gallicum facta est; quare Psalmorum Versionem meliùs exhibet carmen aliquod Pindari ex Latina interpretatione Gallicis literis traditum. En aliquod nec sanè arduum.

Hymnes regnans sur le Luth, quel Dieu, quel Héros, quel homme louerons nous? Certainement Pise est à Jupiter, & Hercule à institué le combat Olympique, le prémisses du butin de la guerre: Mais c'est Theon, qui il faut chanter de la voix, à cause de sa course dans un char à quatre chevaux vainqueur. Ce juste hôte appui d'Agriente, fleur d'Ancêtres illustres, Gouverneur des Villes ().* Plura hujus sapientis in Pindaro legas, quæ sine paraphrasi reddita nullum aptum sensum referunt.

Quæ huc usque à nobis de Originalis elegantia disputata sunt, debitum erga Vulgatam obsequium nostrum non minuant. Fatum est planè inevitabile, quemadmodum ex adductis huc usque exemplis planè demonstratur; nimirum Lucubrations Poeticas, si in alteram linguam vertantur, plurimum ingenui leporis citra vitium Interpretis demittere.

Septuaginta, Græcæ Scripturam tradentes, literæ pro viribus serviendum duxerunt; veriti ne paraphrasis aliquid Textus integritati officeret. Profectò nisi idem in Psalmis consilium servassent, nihil in illis de figuris & phrasibus Originalis agnosceretur; nec abs re prorsus ambigeremus, ne fortè pro sensu Prophetiæ, Interpretis sensus legenti subreperet. Cum verò primi illi Fideles Romæ cæterisque in regionibus Latine loquentibus literas Hebræicas ignorarent, Scripturarum Translationem à Græco Septuaginta adornandam susceperunt; quam illorum Versionem toto eo spatium, quoad usque scilicet Versio S. Hieronymi non reciperetur, 600. scilicet annis circiter, in Ecclesia obtinuisse constat. Quare cum universus Christianus populus tam longà ætate recitandis ex ea Translatione Psalmis assuevisset; & ab omnibus etiam exteriorum rerum, mutatione semper abhorreret Ecclesia Catholica, Versionem ipsam à Græco expressam retinendam judicavit. Dissidet illa quidem sapiùs à Textu Hebræico, qualis hodie, & qualis etiam S. Hieronymi ætate legebatur; nonnulla etiam obscuriora, & magis ardua continet; sed vicissim in pluribus etiam meliora Exemplaria sive meliorem lectionem

Mecenates discendo da Vi Regi, O mio appoggio, o mio dolce ornamento. Vi è chi si diletta di aver raccolto correndo la polverca Olimpica, e che la meta irritata dalle ruote, e la palma illustre eleva. a' Dei padroni delle terre.

d'Italico: Nessun colore è all'argento.

L'argento non ha alcun colore.

Mia difesa. Mio appoggio.

* Italico: Inni regnanti sopra il Leuto, qual Dio qual Eroo, qual uom lo deremo noi! Certo Pisa è di Giove; Ercole ha istituito il combattimento Olimpico, le primizie della preda della guerra. Ma è Theone quello di cui bisogna cantare colla voce, a causa del suo corso in un carro a quattro cavalli vincitore. Questo giusto ospite, appoggio di Agriente, fiore di Antichi illustri, Governator di Città.

E c c nem

nem secutos Septuaginta constat. Nunquam Versio hæc nostra nisi Catholicum sanamque sensum præferret; quod satis habendum arbitror. Neque eidem Versioni admittendæ difficultiores nos præbere par est præ tot Viris Sanctissimis, qui jam inde ab ipsis Ecclesiæ crepundis ex ipsa eadem

Versione & precum & instructionum suarum ad populum argumenta deduxerunt. Neque ingratum accidit Ecclesiæ, si quis de suis filiis ad varios consulendos Textus se conferat, quod scilicet sensus omnes atque totum Psalmorum leporem sub oculis ponat, quemadmodum inter cæteros Cardinalem Bellarminium præstitisse constat. Cæteras Poeticas Scripturæ Lucubrationes ex Versione S. Hieronymi ex Hebræo expressas habemus.


Non est autem cur vehementer miremur, si in rebus Poeticis alius planè sit nostræ ætatis, ac veterum genius. Ut enim assentatio omnis abeat, fatendum est, Poesim hanc nostram multò vetustæ illi concedere; quamquam enim cultiori utamur eloquio, & nature magis studeamus, quàm veteres illi, & elapsi sæculi Poetæ; in rebus tamen multum illis deferimus. Potissima enim Poetarum occupatio sunt blandi quidam, & molliuscule amores, crapula, & alia hujus generis, ut non nisi voluptatem carmina spirant; atque id tandem commissum, est invito licet antiquitatis, quam imitatione exprimentam suscipiunt, gentio, ut infames illæ cupidines cum toto vitiorum sese comitantium satellitio in Tragediam & Heroica carmina irrupant; quæque ad gravitatem componenda erant carmina, hæc adolescentulorum animis lasciviam instillarent; nihil morantes variorum Poeticorum characterum adeo religiosè à Præfatis servatam distinctionem.

Ego quidem nunquam in animum indoxerim, dignam hanc esse nobilium ingeniorum occupationem. Quis credat Deum ad hoc potissimum homines quosdam instruxisse acri quâdam imaginandi facultate, vividis rerum ideis, gratiâ, in feligendis verbis felicitate, ac tandem cæteris omnibus, quibus Poeta formatur, quò præclaris hisce animi dotibus jucundè nugari, & criminofas quasdam voluptates dulcius insinuare permittantur? Crediderim potius tot simul veluti linimentis severioris veritatis dogmata mulceri voluisse, quò facilius forberentur, & veluti cibus sapimentis, ita pariter utilissima ad mores instruendos dogmata carminis blandimentis condirentur.

Ut quid tandem utile separaretur à dulci? Ut quid doctrina salutis, & pietatis, sili inelegantia & prolixitate, in medicamina quædam ingrata vel in cibos insuaues & tristes pareretur; quos eum gustare cogaris, validâ mentis rationisque intentione te præmuniri necesse sit? Cum interim genius, studium, politiores artes impendantur sapimentis pharmacisque componendis, quorum illecebris pellecta juvenus virus exorbet? Sive igitur Poeticas artes omnes damnare oportet, quod sapientium nemini probabitur; sive digniori argumento reddere, & cum genuinâ illa probatâque Philosophiâ, nempe cum morali doctrinâ & solidâ pietate, componere. Novum illud quidem esset scribendi nostris literis genus, neque enim vulgata sunt hæcenus Opera satis digna, quorum esset Christianum argumentum; satisfique seio sæculi hujus corruptionem atque nimiam ingeniorum licentiam totum undique Orbem pervagantem, magni adversus Lucubrationes illas futuras momenti; sed facile etiam eâ in re non nihil ab Authoribus peccatum est. Neminem ego quidem offendi, qui Cantica ejusdem characteris ac in Scriptura pangerent, & in ipsis, quorum Translatio adornata est, Psalmis non satis provisum est, ut figuræ omnes, quæ potissima est elegantia hujus generis Operum, servarentur. Quidquid Translatio appellatur, illud paraphrasim adeo prolixarum genus est, ut sensus Prophetæ non nisi aliis plurimis intermixtus oppressusque tradatur. Quare facile præstare imitatione illos potius, quàm verendo exprimere; & cum ejus generis carminibus plura contineantur à nostris usibus moribusque abhorrentia, laborandum esset proinde, ut paria ad nostros mores conderentur. Nimirum in mysteria novæ Legis, ejus constitutionem, & successum, in gesta Sanctorum; in beneficia, quæ genti nostræ, regioni, Urbi Divinius collata sunt; in axiomata doctrinæ moralis, in felicitatem justorum, in contemptum divitiarum &c.

In suscipiendis ejus generis Operibus an arduum aliquid occursum sit, me penitus fugit. Consilium tamen illud optimum fuisse quis negaverit? Et si quis de suis viribus eâ in re desperet, non est tamen cur liventi oculo meliori successu in idem argumentum laborantes suscipiat. Plurimi igitur æstimanda est Poesis Hebraeorum, quando etiam de ejus imitatione desperaretur.

DIS.



DISSERTATIO

IN MUSICAM VETERUM, & POTISSIMUM HEBRÆORUM.

CUm de musica Veterum ac potissimum Hebræorum agendum cogitamus, simplex statim aliquid ac rude succurrit: semel enim falsâ illâ persuasionem occupati, mortalia res omnes perfici in dies, & sæculum nostrum politiorum artium cultu rerumque cognitione omnibus retro sæculis præstare; ita pariter de Musica philosophamur, rati nostris in eam rem inventis Veterum harmoniam & ruditer multum concedere. Ex quo tamen ipsum vetustatis limen attingitur, statim hæc omnia de mente facescunt, & præjudicatis opinionibus ipsâ rei veritate derogatur. Neque enim bona illa vetustas ingenio nobis quicquam ac rerum inventionem cedebat. Vincant etiam studio in musicam suo nostros in illam amores. Plus erat pariter eâ ætate Musicis concessum quâ honoris, quâ divitiarum, quàm hodie ejus generis hominibus tribuatur. Illud denique constat, admiranda & prodigiosa fermè de veterum musica referri, quæ frustra à nostra quaras. Est itaque ambigendi locus, an musica nostrorum temporum ejusdem sit cum veteri perfectionis.

Veteris musicæ simplicitatem, tanquam rudioris adhuc facultatis defectum, plures quidem reputant; nos tamen jam perfectæ dotem illam fuisse defendimus. Quò enim ad naturam ars aliqua magis accesserit, eò perfectior habenda est: simplicem autem musicam ad naturam magis accedere, & hominis vocem ejusque passionem melius imitari quis neget? Labitur illa facilis in intima cordis, movendisque affectibus nihil aptius, uno verbo, singulares musicæ effectus, blandiendi nempe cordisque emovendi, tutius assequitur. Fallimur etiam in ea, quam Musicæ Veterum tribuimus, simplicitatis notione. Simplicissima enim erat unaque pariter numerosissima. Quàm multa enim norant Veteres instrumenta hodie nobis incognita, cum interim neque symphoniarum ratio, neque vocis harmonia illos lateret (a)? Illud etiam commodi Musicæ illi præ nostræ accidebat, quod instrumentorum sonus verba non obrueret sed adjuvaret; unaque simul melodia aures mulceret, & cor pariter blandita titillatione emoveretur, cum interim spiritus carminis elegantia, suavitate, &

granditate caperetur. Impressæ à carminibus ideæ menti spectaculo erant, ac symphonia interim aures, & corda oblectabatur. Nihil est proinde cur miremur, si de musicæ veteris effectibus mira ferantur; juncta enim simul habebat, quæ in nostris theatris non nisi divisa delectant.

Nec minus falluntur, qui musicam tantquam recens inventum suspicientes, perfici semper ulterius credunt, ut quò magis in dies adolescit, eò majores gratias acquirat. Vetustissima est enim musicæ facultas, & sapius è culmine suo excidit; ut proinde in præsentia magis pristino statui recipiendo, quàm novo alicui acquitando labore. Non erant ante Diluvium & Musici, & musica instrumenta, cujus ætatis fragmenta quedam Poetica, canenda sanè à Musicis (cum olim carmina omnia musicis usibus destinarentur) supersunt. Jubal (b) fuit pater (docuit nempe) canentium citbarâ, & organo, Hebr. Kinnor, quod facillè lyram designat, & Huggab, nempe vetus organum, de quo infra. Porro Jubal sextum à Cain parentem habuit Lamechum, ejusque ætate nonam jam generationem, si Adam & Jubal computentur, Mundus à creatione sua numerabat. Est igitur musicæ epocha ante Diluvium constituta, vetustissima oppidè & nunquam longius repetenda. Quod sanè mirari sùbit de musica facultate, vitæ usibus prorsus non necessariâ. Paret ejusdem artis vetustas etiam ex historia Jacob, qui focero suo Labano clam relicto aufugerat; hunc enim Labanus deinde profecutus, cum in montibus Galaad tenuisset, his verbis Jacob objurgavit [c]: Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequeretur te cum gaudio & canticis, & tympanis, & citbaris? De singulis hisce instrumentis peculiariter Dissertatione agemus.

Aliud de vetustate Musicæ argumentum deducitur ex ipsa Poesis antiquitate; altera enim ab altera olim non sejungebatur (d). Nullum enim erat cæcumen, quod musicæ usibus non destinaretur, idemque habebatur cæcumen cantare ac recitare. Porro nullis sæculis nullisque gentibus ignotam fuisse Poesim satis constat. Illud Lamechi ad geminas uxores suas Adam, & Sellam [e]: Audite voces meas, uxores Lamech, auscultate sermonem meum: Quoniam occidi virum in vulnus meum, &

a Senec. epist. 48. Nonne vides quàm multorum vocibus chorus consistit? Unus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illi acuta est, aliqua gravis, aliquam mediâ Accedunt viris femina, interponuntur tibia. Singulorum tibi latent voces, omnium apparent.

b Genes. 4. 21.

c Genes. 31. 27.

d Plutarch. Libello de Musica.

e Genes. 4. 23.